



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 15. Alia controversia inter eosdem circa Patriarcham Venetum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

jura autem Camaldulensibus intacta Sæc. XVII.
perseverarent. A. C. 1608.

§. XV.

*Alia controversia inter eosdem circa
Patriarcham Venetum.*

Anno priori obibat Patriarcha Vene-
tus, cui alius a Senatu nominatus
succeserat, qui tamen suæ Ecclesiæ
possessionem suscipere haud poterat, quin
prius ad Sedem Apostolicam recurrens,
consueto sese subjiceret examini. Hæc
submissio recentem nuperi dissidii pla-
gam refricare videbatur: eapropter Ve-
neti a summo Pontifice petebant, ut
neo-electus Patriarcha Romam quidem
ad sacrați pedis osculum veniret, ejus
tamen Successores deinceps ab exami-
nis subeundi onere immunes declara-
rentur: Ut vero preces suas potenti fir-
marent patrocínio, Alincurtium Fran-
ciæ Oratorem inducebant, ut Regis sui
nomine hunc favorem a Papa peteret.
Verum Orator primo se nullo ejusmodi
mandato instructum reponebat, tandem
vero Veneti Legati importunitate de-
victus, Senatus postulatam Pontifici
exposuit, inter alia proponens, quod
Rempublicam sibi plurimum obstringe-
ret, si concesso diplomate Patriarchas
Venetos ab examine eximeret, id re-
nuit

*Memoir.
secret. p. 6.
Et 7.*

Sæc. XVII. nunt Pontifex, ne ejusmodi privilegium
 A. C. 1608. alii quoque exigent Principes, de ce-

*Depech. de
 Champ. du
 20. Fev. 1608.*

*Deput. du
 Roi du 17.
 Juin. 1608.*

tero spondit, se Patriarcham, si se
 fisteret, majori quam olim Clemens VIII.
 honore excepturum, Franciæ autem
 Oratore rem vehementius urgente Pa-
 acrius contra Venetos querebatur, quod
 librum, cui titulus *Doctrina Politica* sup-
 primi inhibuerint, cum tamen præter
 alios errores Sacerdotum connubia ibi-
 dem valde deprædicentur, & insuper
 Patrem Vincentium unacum suis sociis
 inscio Pontificis Nuntio condemnassent.
 Tandem Francisci Oratoris opera con-
 clusum est, ut Pontifex de concessa exem-
 ptionis gratia nullum diploma ederet,
 sed duntaxat fidem suam interponeret.
 Igitur ea sub lege Patriarcha Romanus
 venit, examen subiturus. Inde autem
 novum oriebatur indignationis argu-
 mentum, Venetis graviter expostula-
 tibus, quod Papa eorum Patriarcham
 a quodam Jesuita examinari iussisset,
 brevi tamen hæc lis sopita est, Gallia-
 rum Regis Oratore Venetis ob oculos
 ponente, quod ejusmodi oppositio Re-
 publicæ gravitatem dedeceret, ac per
 unius Jesuitæ præsentiam nil pactorum
 hac super re initorum æquitati de-
 rogaretur, aliunde autem hujus Theologi
 selectus non malevolo erga Rempubli-
 cam animo, sed potius incuriæ vitio
 adscri-

adscribendus sit. Hac igitur ratione hæc levis sane momenti contentio di-
 rempta est, relicta cuius judicandi li-
 bertate, an vel Pontifex plus humani-
 tatis politicæ ostenderit condescenden-
 do, vel Respublica minus moderationis
 levem subjectionem declinando.

Sæc. XVII.
 A. C. 1608.

§. XVI.

P. Angeli Joyosæ Capuccini obitus.

Jam iterata facta est mentio de Patris
 Angeli Capuccini fati. Hic in Ba-
 ptismo Henrici nomen sortitus Bucha-
 gii Comes ac Franciæ Par, postquam
 ex Aula & castris ad Religionis suæ si-
 num redierat, alacriori animo quam
 unquam virtutis stadium percurrere sta-
 tuit, cognita atque experta mundi va-
 nitate majores ei ad omnem pietatem
 stimulos addente: quocirca inter crebras
 corporis macerationes prædicationis of-
 ficiam tam ardenti spiritus æstu obire
 videbatur, ut velut novus Franciæ A-
 postolus copiosa animarum lucra repor-
 taret: Postea Parisiensem Provinciam
 moderari jussus, adeo nihil a rerum di-
 vinarum contemplatione & Regularis
 observantiæ Zelo remittebat, ut vere
 forma factus gregis sui universos suo
 vitæ splendore suaviter & fortiter ad
 præstantiora virtutum studia pertrahe-
 ret:

Vid. Hist. Liber. CLXXX. §. 19. Et Lib. CLXXXIII §. 79. Jacob. Bross. vita P. Joy. Annal. Ca- puc. t. 2. pag. 812. Nicol. Ri- gault. Hist. cont. Thuan. lib. 1.

Hist. Eccles. Tom. LIV. X ret: